



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, Tractatus
Tres spirituales**

Arias, Francisco

Coloniæ Agrippinæ, 1603

Cap. 8. Quomodo facta quædam Sanctorum, quibus vel mysterium inest,
vel Dei peculiari instinctu contigêre, intelligenda sint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59574](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59574)

607 DE DISCRETIONE

cilicij quoque continua asperitate, & quotidiana corporis vsque ad sanguine non semel repetita diuerberatione, & in perfrigidum profluentem demersione affixit, vt hoc melius ad profundendum pro Christo sanguinem se compararet. Atque hanc vitam duxit, postquam Deus eum potenti sua dextera in alterum virum, & verum athletam suum, posthabitis omnibus seculi vanitatibus, conuertit.

CAPVT VII.

Quomodo intelligenda sint exempla quadam, quibus inest mysterium, vel qua speciali Dei institutione accidero.

IN Vitis Sanctorum illud quoque non prætermittendum est, nonnullis eorum factis distincte inesse aliquod mysterium, & idè non ad cõsuetam nõrnam cõmuniõis vitæ Sanctorum cæterorum, sed ad peculiarem diuine inspirationis, prouidentiq; particularis regulam esse expendenda. Quò pertinet, quod s. Paulus Principi

Ad. 23.

Sacer

IN MORTIF. SERVAND. 604.

Sacerdotum dixit: nec enim fuit maledictio, vel contumelia, sed prophetia: plenus siquidem spiritu sancto, inquit B. GREGORIUS, prædixit, qualis esset *libro 7.* futurus. Nec enim dixit, *Percutiat te mor. c. 22.* Deus, sed: *Percutiet.* Prædicebat autem, ut annotavit Venerabilis Beda, Sacerdotium Israheliticum, quod tum erat instar parietis dealbati, & apparebat quale non erat, prædicatione Evangelij funditus euertendum. Deinde congruebat, ut dicit S. Chrysostomus, Paulum in illo congressu eam dicendi libertatem & auctoritatem ostendere, ut gentiles, qui præsentibus aderant, non parvi facerent Evangelij prædicationem.

Dissensio inter B. Paulum & Barnabam non orta est ex animorum perturbatione, sed ex magna S. Barnabæ pietate, iudicantis non esse à sua societate auellendum Marcum consobrinum propter defectum, in quem ex humano metu inciderat. S. Paulus vero sanctissimo iustitiæ zelo accensus ad maiorem Dei gloriam ipsiusque Marci documentum, & aliorum, putavit separationem faciendam. Vbi di
uina

uina prouidentia factum est, vt Barnabas ob maius Ecclesie bonum iudicio
 B Pauli non subscriberet, eo quod singulis cum comite suo digressis vberior fructus in conuersione animarum erat secutus. Nec aliud opus est respondere de Epiphanio & Chrysostomo: nam Epiphanius iudicabat condenda scripta Origenis, Chrysostomus vero arbitrabatur id in sua dicecesi non faciendum, nisi antegresso examine. Vterque autem grauibus mouebatur pro sua sententia rationibus. Interea Deus S. Epiphanio diuinitus reuelat exilium, mortemque; S. Chrysostomi, & contra S. Chrysostomum mortem S. Epiphanius. Quas reuelationes verbis ante prolati, sibi in utroque patefecerunt, quod facere salua caritate potuerunt, & salua veritate fecerunt, quia vtrumque euenit.

Responsa à prophetis facta impijs regibus israhel, hoc continent mysterium. Sancti corde sic inhaerebant callos omnibusque rebus mundi erant superiores, vt nullius reformidarent potentiam, nullos aucuparentur honores, vni peccato vitando intenti, & diu-

IN MORTIF. SERVAND. 606

na promouenda gloria. Hoc cor volebat Deus detegi agendo cum tyrannis, eorumque scelera sancta quadam libertate, mirabiliq; iustitiæ zelo corrigendo. Qua de re ita scribit B. GREGORIUS. Sancti inquit, si per se iniurijs rapti, in alto animum figunt: & 6.22. quaque in hac vita patiuntur, quasi longè infra labentia, atque à se aliena conspiciunt, atque, ut ita dixerim, dum mente extra carnem fieri decertant, per e ipsa, que tolerant, ignorant. Vnde & nullis cõtra veritatem potestatibus parcunt, sed quos attolli per elationem conspiciunt, per spiritus auctoritatem premunt. Hinc nata sunt omnia prophetarum & Martyrum verba contra tyrannos prolata, non autem ex superbia, quæ erant humillimi, non ex ira, quia mansuetissimi, non ex rancore, quia parati erant vitam pro illis profunderè, sed ex Dei inspiratione, qui opera illorum volebat superbos, huius mundi reprehendere, inuitumque robur Sanctorum suorum patefacere, quo sulti, ne faminz quidem tenellæ auocissima eorum tormenta;

Lib. 7. n. 27.

& 6.22.

tormenta, mortemque ipsam pertimescebant.

Quæret hoc loco aliquis, cum verba huiusmodi geminum sensum habere queant, ut vel ex contemptu prolata putentur, quod est impatientiæ, vel elationis; vel ex zelo iustitiæ, quod est magni in Deum amoris: unde cognosci possit ex bona radice profectus.

Cap. 23.

Respondet eodem loco B. Gregorius. Quod Zelo veritatis, non autem elationis sancti viri ad verba tantæ altitudinis exiliant, ipse patenter indicat, qui factis dictisq; alijs & quanta humilitate polleant & erga eos, quos redarguunt; quanta caritate seruant, manifestant. Quomodo enim Elias superbo regi Achab increpationis verba pertumore intulit, qui ante eius currum humiliter cucurrit? Quomodo Elisæus loram filium Achab ex arrogantia confudit, dicens Quid mihi & tibi est? Vade ad prophetas patris tui, & matris tue: quomodo videre Naaman ex elatione noluit, dum nec ianuam aduentanti aperuit, qui non solum se conspici, sed teneri etiam à muliere permisit? de qua scriptum est. Cum venisset ad virum.

3 Reg. 18.

Di

4 Reg. 3.

& 5.

Dei in montē apprehendit pedes eius. & accessit Giezi, ut amoveret eam. ait vir Dei, Dimitte eam: anima enim eius in amaritudine est. Quomodo S. Stephanus proferre increpationem, dum vocaret duos & in circumcisos corde, per elationem potuit: qui pro eisdem, quos increpauerat, ad deteriora crescentibus. *sc. AA. p.* que lapidantibus flexis genibus oravit, dicens. Domine ne statuas illis hoc peccatum? Idem fecerunt martyres alij: nā pro carnificibus, tortoribusq; suis in ipsis cruciatibus. Deum precabantur. unde & multos eorum conuersos legimus. Quare liberiores eorum voces iactatae in reges & praesides, non ex animi fastu, sed ex puro amore & zelo tuendae veritatis procedebant. Nam ut dicit B. Gregorius ibidem. *sc. l. 7. c. 29.* perbia odium generat, humilitas. amorem.

Veniamus nunc ad alia exempla, quae in vitis sanctorum existant, non ab omnibus imitanda, ut quae ex singulari spiritus sancti instinctu facta sunt, ut quod quidam in vastissimas solitudines se abdiderint, ab omnium hominum consuetudine disiuncti,

De quod

quod nudi in syluis oberrant, solum
 herbarum radicibus victitant, omni
 cibo potuque plures dies, hebdoma-
 das, menses, integras Quadragesimas
 abstinerint, stultos & quasi amara
 mentis, ut Simeon Satus, se fixerint,
 & alia id genus egerint. Hęc, inquam,
 miranda potius quam imitanda
 sunt. Imitanda siquidem nobis
 incumbunt ea exempla virtutum
 tantum, in quibus omnes sancti
 uniformiter consenserunt. hæc enim
 sola, pro regula certa & secura piorum
 morum, vitæque sanctæ nobis Eccle-
 sia proponit. Deprehendimus autem
 in Sanctorum historijs, quod commu-
 niter omnes amant exercuerintque
 paupertatem, opes abiecerint, & defu-
 gerint dignitates, honores, & nominis
 exultationem, omnes mansuetissi-
 mi fuerint in tolerandis iniurijs, & i-
 nimicis beneficio & amore devinci-
 endis, quod admodum temperantes
 in cibo & potu fuerint, & magna ie-
 iunia sustinerint, commoda deli-
 tiasque carnis contempserint, cili-
 cijs & flagris crebris, alijsque asperi-
 tatibus eam perdomuerint, sum-
 mum

mum studium curamque in cohi-
 bendis sensibus, maximè autem
 tenenda per silentium lingua pò-
 fuerint, quod amantissimi diur-
 narum nocturnarumque precum,
 & contemplationum caelestium p-
 riosore, laborum & tribulationum
 amatores, quod colloquia vana &
 inutilia detestati fuerint, summam
 autem voluptatem ceperint ex col-
 lationibus rerum diuinarum, quod
 aliorum prosperis successibus ex ani-
 mo gratulati fuerint, aduersis verò
 compassi, omnemque operam lo-
 carint in remouendis vel certè mitigan-
 dis afflictorum ærumnis. quod li-
 benter obsecuti fuerint maioribus,
 omni a pedibus se subiecerint, & ab
 omnibus hominibus contemni &
 ludibrio haberi, salua Dei gloria, op-
 tarint. Hi mores, hæc exempla com-
 munita & ordinaria omnium fan-
 ctorum fuere: quæ si imitari conabi-
 mur, non dubium, quin imitaturum
 finis Christum illorum omnium
 magistrum, ducem, & antesigna-
 num, participesque vna cum ipso Chri-
 sto reddemur gloriæ, qua illiam se-
 curis

De d s cunb

710. DE DISCRETIONE
curissimè & in omnem æternitatem
perfruuntur.

CAPVT. XI.

*De nonnullis medijs, quibus vincitur
vest difficultas quæ est in exerci-
tio mortificationis.*

MORTIFICATIONIS exerciti-
um nulla ferè alia re impeditur,
quàm difficultas, & afflictio
ne, quam ipsa mortificatio secum af-
fert. Nam cum virtus ipsa spinis diffi-
cultatum circumsepta sit, sedemque
suam in loco sublimi collocarit, illi
quam nisi multo labore & sudore pe-
ueniri possit; mortificationis verò mu-
neri incumbat laborem, & quicquid
aduersum est, deuorare, & quasi omnis
omnis difficultatis ad capeffendum
virtutis culmen suis humeris perferre,
idcirco in ipsa mortificatione magna
est difficultas & afflictio. Primò liqui-
dum & certum est, hominè ritè mor-
tificatum in actionibus virtutum null-
lum experiri laborem vel difficultatè,
imò potius promptitudinem & sus-
mitatem